

pter vaporis redolentiā ipsius orificiū  
ingrediuntur. et sic decepti ab ipso reuora-  
tur. In hoc pisce ut dicit idem. materia  
terrestris dominatur plus quam aqua. et ido  
multe est corpulentie et pinguedinis.  
Unde i senectute per magnitudine cor-  
poris in eius dorso coadunatur puluis et  
condensat intans q̄ herbe et frutices ibi  
crescent. ita ut bellua insule similis eē vi-  
deatur. ad quā si nauigantes incaute ap-  
propinquauerint. sine periculo vix euau-  
dunt. Nam aquā in tanta quantitate de  
ore ejusq̄ sup nāvium et diffundit q̄ ipam  
aliquando obruit et submergit. Quare eti-  
am est pinguedinis q̄ quādo pīscatorū  
percūtitur venabulis sive telis vuln̄ nō  
sentit nisi prius pinguedo totaliter per-  
foretur. sed quādo caro interior leditur  
tūc facilime capitūr. quia amaritudinē  
aque salse non lufferens littus petet. Quā  
te autem est quantitatis q̄ nō capitūr to-  
ra patria ex sua captura emendas. La-  
tulos suos amore miro diligit et eos i pe-  
lago longo tempore circūducit. q̄ si eos  
ab arenarii cumulis impediri contigerit  
aque multitudinē in ore collectaz super  
eos fundit. et siceos a periculo liberās ad  
profundū pelagi reuocat et reducit contra  
omnes occursus ipsius nocuos pro eorū  
defensione se opponit. et semper inter se et  
mare in parte tutiori eos ponit. et quādo  
inualescit tēpestas fetus suos achic iu-  
uenes et teneros in ventrē suū cōtrahit  
quos serenitate facta viuos euomit ite-  
rum et emittit ut dicit idem. Item io-  
rat̄. contra cetum pugnat quidam pi-  
scis serpentinus et venenosus sicut coco-  
drillus. et fugiunt pisces ad caudam ce-  
ti. qui si deuict̄ fuerit pisces p̄dicti mo-  
riuntur. Qx si nō poterit ille piscis pesti-  
fer deuincere cetum. a fauculo suis fumo  
sum vaporē fetidissimū in aquā emit-  
tit. Ut vero fumo odoriferō de ore emis-  
so. fetidum odorem repellit. et sic se et suos  
protectit et defendit.

**Finit liber.xiii.**

**Incipit liber deci**  
**mūs quartus De terra et partib⁹ eius.**

**O**stqua di-  
uina coopante gratia co-  
pletus est tractatus de  
proprietatibus corporis  
supremi luminosi. sc̄ ce-  
li et corporis intermedij lucidi perspicui  
et dyaphani. sc̄ ignei aerei et aquei. xl;  
timo dicendū est de proprietatib⁹ corpo-  
ris infimi et opaci. et hoc tam in generali  
quā in speciali. Corpus autem infimus  
et extreum est ipsa terra respectu celi.  
De cuius proprietatib⁹ cōmūnib⁹ ali-  
qua sunt hūic opusculo inserenda. et hoc  
quo ad eius substantiam et qualitatem et  
contentū sive ornatum. Continet autem  
in se interius pro ornatu omnia metheo-  
rica et mineralia sicut lapides et metallū  
et exterius vero sensibilia sicut bestias et in-  
menta et vegetabilia ut herbas plantu-  
las et arbusta. de quibus omnibus ponē-  
da sunt aliqua in hoc tractatu. prout te  
eis sacra scriptura videtur in superficie  
facere mentionē. Simplicia autē et omni-  
bus fere nota credimus hec pro sim-  
plicibus sufficere detere. et ideo de illis  
paucā recitantes maiora maioribus et  
subtiliorib⁹ reseruam⁹. Hoc  
autem in principio hūi opusculi volu-  
mus protestari. q̄ patuz aut nihil de no-  
stro hic apponimus. sed autē tēca sanctos  
rum et etiam aliquor p̄bor⁹ dicta quēad/  
modum in p̄cedentib⁹ fecimus intercaliter per ordinem inseremus;

## **Capitulu primū.**

**D**e terra  
Extra itaq̄ ut dicit Isidorus lib.  
bro. xiiij. ca. i. est in media mun-  
di regione posita. ab omnib⁹ par-  
tibus celi in modum centri equali inter-  
uallo separata que singulare numero to-  
tum orbe signat. in plurali vero singu-  
las eius partes. Est autem dicta terra  
ut dicitur ibidem a superiori parte qua-  
teritur. Hec et hum⁹ dicitur a mari bus  
mido cui coniungitur. Dicitur et tellus.

# Liber .XIII.

quia fructus eius tollimus. Dicitur et  
ops eo q̄ opem fert frugibus. Eadem di-  
citur arida. vel quia arature vel culture  
est apta. vel quia ab aqua siccitate pro-  
pria est distincta. q̄ enim humida sit s̄  
ab aqua vicinitate sortitur sicut ibi di-  
cit Isido. Proprietates autem terre de-  
scribit Basilius in exameron sic. Terra  
inquit est corpus infimū et mediū equa-  
libus spacijs a celo remotum. et ideo ce-  
li centrum a sapientib⁹ est provocatum. vnde et  
omnium corporū est corpulentissimum de  
simplicitate et subtilitate habens mini-  
mum alterū mundi firmatū fundamen-  
tum. Corpus natura frigidum et siccum  
quātitate respectu celi minimum q̄uis  
in se maximū. qualitate obscurum et ex se  
opacum. figuraione speciosum. et non nisi  
aque glutino cōmansuum s̄m se totum  
quietum. licet in suis partibus suscipi-  
at sepe motum. omnī corporalī viuen-  
tium habitaculū pedum dei scalēnum di-  
ctum. co q̄ in corpore mūdi minima est  
species hui⁹ elementi minusq; appetit  
eo diuine operatio potestatis. ppter qd  
dicitur suo quasi infimo pede tangere eā  
rā. Quia respectu magnitudinis et pul-  
critudinis celi minime videtur in corpo-  
re terre diuine sapientie sublimitas re-  
lucere. q̄uis autes terra respectu celestis  
corporis sit infima tamen luminariū ce-  
lestius. influentie est maxime susceptiuā.  
Et ideo fecundissima est tanq; mater om-  
nium et multarū et contrariarū specierū  
maxime pductua. Cum enī sit celi cen-  
trū in omni sui parte ab ipso recipit in-  
fluentiam et effectum. vnde qd min⁹ no-  
bilitatis videtur habere in sua substātia  
recuperat in effectu et virtute sua. qz no-  
biliores producit s̄m quid species aliqz  
qz ipsum celū quod pro ornatu habet so-  
las insensibiles stellas. Terra vero pro-  
ornatu continet et producit vegetabiles  
sensibiles et rationales creaturas. vt di-  
cit Basilius. Dicit etiam ad h̄c idē. ter-  
ra vt dicit pbs est proprijs equilibrata  
ponderibus. quelibet enī suarum parti-  
um suo pondere nititur ad mundi medi-  
um quo insu et inclinazione singularium  
partium tota circa centrum equilibrata

suspenditur et equaliter immobilis reti-  
netur sicut scriptum est. Qui fundasti  
terram super stabilitatē r̄c. Ideo s̄m Isi-  
dori libro. xi. dicitur solū. quia elemen-  
tum est solidū cuiuslibet corporis quātū  
cūq; ponderosi sustinens totam molē.  
Unde quelibet grauia sursum mota quo  
usez terram stabilitē tangent permanēt  
inquietā. sed cum puerint ad terram  
quietatē. Propter insignes autē ipsius  
terre proprietates nobiles et effectus ero-  
gentilis. terra deificauit et eam diuinis  
honorib⁹ antiquitus venerari et colere  
consuevit sicut tangit Isido. libro. viii  
in tractatu de diis gentium et nominib⁹  
ca. xij. Tererē deorum matrem vocau-  
erunt antiqui terram a creādis frugibus  
sic dicta eo q̄ omnia cibat et nutrit indi-  
gentia alimento. Nam terra mater est  
fecunditatis quia nullum vegetabile po-  
test crescere nisi in terre tri substātia ra-  
dicetur. Ideo etiam ops est dicta quia  
melior sit terra ope culture. et ex ipsa con-  
sequit⁹ opem victus quelibet viues crea-  
tura dicta est dea vesta quia pstat vi sua  
vel quia herbis et arboribus et floribus sic  
vestita. vt dicit idem. Terra enī semini-  
bus arescentib⁹ in hyeme colorem con-  
cipit ab ethere in vere etestate. vnde tūc  
herbis et floribus ornat⁹ et restitut⁹ que-  
bus i autumno et hyeme spoliatur. In si-  
gnum autē tante fecunditatis et virtutis  
facta est ei magna imago feminea alma  
mater nuncupata cū turrita corona pos-  
ta super currum cui leones domiti subij-  
ciebantur ityona manu portabat clauem  
in alia tympanuz siue cymbalum cuius  
aurigae vibrabant gladiis quos gestabat  
et galli matronam sedentē in currū sub-  
sequi fingebantur r̄c. Mater siquidem  
fuit dicta eo q̄ plura pariat et omnibus  
mortali bus cibum gignat. Dicitur au-  
tem et mater alma. eo q̄ omnia anima-  
lia alat. Est enim elementorū nutrix ter-  
ra. vt dicit Isido. coronā turritam in ca-  
pite gestare dicit. quia cunctis ciuitatē  
bus suppositis insignis. i currū rotato ve-  
hitur quia ipsa terra pendet in volubili  
aere in quo sustinetur. sedet autē in cur-  
ru volibili quia cum omnia moueantur

217

illa sola dicitur non mouet q̄ illi leo/  
nes subiçit mansuetos ostendit nullū  
genus esse tam ferū q̄ in morte nō subiç  
ti a terra possit aut superari. quia clavis i  
manu fингitur ostendit q̄ terra hyeme  
clauditur et vt nascantur fruges in vere  
aperitur. **E**sit terre dicātur galli serui  
re ostendit q̄ volatilia indigēt seminib⁹  
terre. 7 ideo aues eam oportet sequi 7 ad  
eam descendere vt in ea possint semina  
victus gratia reperire. sonitus aut cymo  
balorum designat in colendis agris stre  
pitus ferramentorū vomerū 7 lignonū  
et ideo eneoz quia antiqui instrumētis  
eneis colebant terram anteq̄ ferū es  
set inuentū. vt dicit Isidorus. quia mi  
nisti eius cum strictis gladiis fingu  
tur designat q̄ pro terra defensanda vel  
acquirenda sepe bella cōmittūtur in qui  
bus gladij extrahtuntur. 27 ib⁹ talijs mul  
tis modis describitur proprietates ter  
re sub integumēto fabularum. sicut ibi  
dem recitat ab Isidorus. Quāuis au  
tem terra sit summe fixa 7 stabilis sīm si  
tum. summe tamen inter elementa est  
passibilis per effectū. Item quāuis sīm  
substantiam sit frigida quosdam tamen  
in se cōtinet vapores igneos quos emic  
tit. vt patet i ethna et vulcano. sicut ibi  
dem dicit idem. Item quāuis terra su  
perficialiter exterius sit nigra 7 indeco  
ra. intrinsecus tamen continet multa p̄  
ciosa. Ex quadam enim celestis influen  
tie imprektione in interioribus terre ve  
nis precciose gemme et nobilia metalla  
generantur. Unde et terre virtuositas  
sub quadam extrinseca deformatate oc  
cultatur. Item terra vndiq̄ maris cingi  
tur et maris brachij circumdatut et per  
cutitur. a cuius humiditate per occultos  
meatus penetratur ne presiccat s na  
turalis dominio resolutis partibus re  
digatur in puluerē. vt dicit Veda. Itēz  
terra quāuis in suo toto sit solida in sub  
stantia eius tamen quelibet pars ad cē  
rium est naturaliter motuia. et per ad  
mitionem ignearum partium et aerea  
rum sit aliquibus suis partibus rara 7  
porosa cauernosa et spongiosa. **L**ui? con  
calitate vapor ventosus subintrans ter

re partes commouet et agitat 7 generat  
terremotum. sicut dicit **A**restotiles li  
bro meteororum. **V**entus inquit frigi  
dus in ventre terre agitatus facit istam  
agitationem que est terremotus. et se  
quitur ibidem sicut fit sonitus ex con  
ficatione corporuz se allidentium in ae  
te ita fit motus ex diuersitate agitatio  
nis venti occultati in terra 7 est signum  
super hoc. quia non adquiescit donec scin  
datur terra et exit ventus audita voce  
rc. Item ibidem dicit **A**restotiles in lo  
cis in quibus fit concursus maris ve  
mens et agitatio vndarum eius in lo  
cis multarum cauernarum fit rehemēs  
terremotus. sicut accidit tempore hercu  
lis in quibusdam insulis in quibus ince  
pit elaci terra ad similitudinem col  
lis deinde cassus est locus ille et exiuit  
ventus fortis qui destruxit ciuitatem cu  
ius impressio manifesta est vscq; nunc  
rc. Item idem ibidem terremotum con  
sequitur vel concomitatur tenebrositas  
tegens sole absq; nube vscq; ad consumi  
ptionem terremotus propter vaporē  
grossum et antecedit terremotum signū  
signans eius ēē quod videtur in celo nu  
bes longa sicut linea recta ante occasum  
solis. **E**ssequitur ibidē. Et accidit quā  
doq; terremotus propter eclipsim p̄ lun  
am. quia tunc calor solis non peruenit  
ad aerem vt subtiliet et consumat vapo  
rem qui est causa terremotus. Item in  
libro vegetabilium **A**restote. terremo  
tus in locis arenosis non fit sed in locis  
interius cauernosis et exterius in super  
ficie duris sicut sunt loca montū. quia  
si locus in superficie fuerit ratus exalat  
vapor paulatim 7 non fit tanta aggrega  
tio vaporis vt possit mouere terram. sed  
cum locus interius est concavus 7 spon  
giosus 7 exterius solidus atq; durus ag  
gregatis partib⁹ vaporis fit agitatio for  
tis ita q̄ aliquando scindit terram. In  
locis ergo omnino porosis nō accidit te  
facili motus terre propter vaporis cōti  
nuā evanescēt nec in locis valde du  
ris 7 compactis propter partiū cōpres  
sionem propter quā illas vapor plurimū  
non subintrat. sed accidit in locis interi

# Liber .XIII.

us cauernosis sed duris exterius et compactis. Hucusqz Aresto. Item terra cu<sup>m</sup> sit elementum s<sup>m</sup> substantia similis est in toto et in partibus. sed tamen s<sup>m</sup> qualitatem no<sup>n</sup> est in suis partibus uniformis. imo propter aliarum qualitat<sup>m</sup> elementarum admixtionem complexionem et naturam mutat. et ideo uniforme no<sup>n</sup> habet dispositionem nunc colorem variat nunc saporem. Ita diuersitas multis accidit de causis et in multis modis. quan<sup>d</sup>oqz ex sua eleuatione et depressione. Nam eleuata est frigidior et depressior vero et declinior esse calidior consuevit quod ut dicit macrobius. accidit propter radiorum solis fortiorum impressiones tam in locis depressis qz in altis. Ver enim grossior est in vallibus qz in montanis. et ideo maior ibi sit aggregatio radiorum et etiam concultatio propter reuerterationem ad aerem grossum. In locis vero motu sis et altis quia aerem habent rariorem disperguntur radij et non ita coartatur. et ideo minor ibi generatur calor. Item ex directa vel indirecta solis oppositione quia illa terra fertilior est que s<sup>m</sup> situm disposita est maxime ad susceptionem concurrentium radiorum solarium. que vero magis elongatur a radib<sup>m</sup> minus apta frugibus et fructibus reperitur. Item ex ventorum diuersificatione. nam terram quam continue perfluat ventus orientalis temperate calida est et inter humiditatem et siccitatem quasi media. ut dicit Constantinus. et ideo est secunda floribus et fructibus et magis congrua hominum habitationi. Occidentalis autem ventus magis attinet frigiditati et humiditati. et minus efficit terram temperatam et ideo occidentalis terra minus est fecunda. Videntur autem septentrionalis terram desiccari et infrigidari tamen ratione puri aeris ipsam subtiliat et depurat. vnde in terra aquilonari homines sunt procere stature et elegantis forme. frigiditate enim exterioris aeris clauduntur pori et calor naturalis retinetur intrinsecus ex cuius virtute et statura ampliatur et figura corporis decora<sup>t</sup>. Vnius autem australis quia calidus est et

humidus terram quam continue perflat turbat calefacit inspissat et ingrosfat. et ideo homines australis regionis sunt stature contrarie et figure illis qui habitant in aquilone. et ideo homines talium regionum non sunt ita animosi et iracundi et clamorosi sicut alij. ut dicte Constantinus. Itz variatur qualitas terre sine proprietate ex elongatione a mari sine appropinquatione. nam terra vicina mari meridionali calidior est et humidior terra que est vicina aquilonari. Nam vapor calidus et humidus a mari resolutus calefacit terram que est sibi propinqua. mare vero septentrionale everso. et ideo mare ponticum dulcissimum est quam cetera maria sine minus salsum. qz plus in illo vincit frigus. Et ideo vapor frigidus ab eo resolutus terram infrigidat propinquam tc. Item variatur ex locis minu<sup>m</sup> exercitio et operatione. quanto vero plus foditur et exeritur. tanto eius virtus insita cum singulis partibus amplius permiscetur et si aptior redditur et ex ipsa fructus multiplex generet. quanto vero diu oculosa dimittitur et quieta ad productionem structu<sup>m</sup> redditur minus apta. Item bona terra si rore fuerit perfusa aut spluta mollificatur impinguatur et melioratur. si voarenosa fuerit aut nimis lapidosa peior efficitur quia amplius induratur.

## Capitulum. II.

**D**e monte

**D**ons est tumor terre in altum se erigens solo pede reliquā terram tangens. vel dicuntur montes eo qz fint super aliam terram eminet. ut dicit Isidorus. Dicit etiam Arestotiles in libro de proprietatibus elementorum. Quidam dicerunt qz terra in principio sue compositionis fuit rotunda et plana in qua non fuerunt montes nec valles quia erat sphaera in figura. sicut corpora superiora. vnde montium et vallium causa non est nisi motione aquae cum que cauauerunt loca terra et facti sunt montes partes duriores. que non poterant concavari loca vero concavata

facta sunt loca mariū et flumiorū. Item  
etiam dicitur in libro metheorū. Montes  
inquit sunt quinq[ue] ex revolutione motu ter-  
re vnde eleuaf terra et fit mons sicut ex  
aqueeductu accedit cōcauatio profundā et  
fit vallis. Item ibidē. Maris quoq[ue] ac  
cessus et recessus quedā loca cauat. que-  
dam extollit et fuit mōtes. At qñq[ue] ma-  
re totam terrā cooperuit deinde mollia  
quedā etiā abrasit et dura reliquit. et in q[ue]  
buldā locis cōgessit mollia etiā quedam  
cōgestata cū absconderet desiccata sunt et  
in mōtes cōuersa rē. Montes itaq[ue] sunt  
duri solidi et cōpacti. a terra versus celū  
erecti. et in terra radicis sunt pūcti. qñq[ue]  
q[ue] in tñ sunt interi spongiosi. caui. cauer-  
nosi. et ideo ad se rōne vacuitatis aq[ue]s at-  
trahunt atq[ue] sugunt quas postq[ue] fuerint  
ex cōcauitates replete p[er] capita fontium  
emittunt. et sunt causa sempiterni fluxus  
et origo et principium flumiorū. et dicit  
Aresto. Ex quo patet q[uod] montes cauer-  
nosi sunt aquarū et humorū attractiū et  
attractorū cōtinue emissiū. Item mon-  
tes sunt metallorū nobilitū contētū. et  
profundis enī montū venis metalla no-  
bilia extrahuntur. Item mōtes sunt fru-  
ctū aromatū productiū ppter purita-  
tem enī aeris in summitatib[us] montium  
dominantis puriores fructus et dulcio-  
res in montib[us] nascuntur q[ue] in vallibus  
licet pauciores. Item montes sunt citi-  
us q[ue] valles radiorū solariū suscep-  
ti et suscepti illuminatiōnis diutius reten-  
ti. Item mōtes sunt vaporū et exalatio-  
num generatiū. ex quorū aggregatione  
nubes in aere generantur. In altissimis  
tamen montib[us] ut in olimpo raro gene-  
rantur pluiae. et dicit Aresto. quod est  
propter aeris subtilitatem et vaporū pauci-  
tatem. Primo enī vapor resoluitur et cō-  
sumitur anteq[ue] ad acumen montium at-  
tingere videatur. Item montes ventis  
et turbinib[us] sunt expositi plus q[ue] valles  
et ideo ratione frigiditatis in montib[us]  
dominatis sunt nūniū cōseruatiū. Ven-  
tis nāq[ue] frigidis in montib[us] congelatur  
et cōstringuntur. et ideo in montib[us] diut-  
ius q[ue] in vallib[us] cōmoranf. et patet i cau-  
caso et in libano et in alijs p[ro]similib[us] mōti-

bus qui semp̄ fm̄ Isidor⁹ tensissimis m̄  
uib⁹ candidātūr. Item mōtes sepius  
patiūf. i. tūs fulminis ⁊ fulguris q̄ val-  
les vt dicit Isido. Unde ⁊ p̄irenei mon-  
tes a crebris fulminū ictib⁹ n̄scupātur  
P̄ireni grece ignis dicitur latine. simile-  
ter ⁊ ceraunei montes a crebris fulmine-  
bus sunt dicti grece ceraunos ful̄nen di-  
citur vt dicit ibidē Isi. Item mōtes q̄  
fm̄ sitū alti sunt ⁊ sublimes maxime con-  
gruūt speculationi. vnde ⁊ qui aduentus  
hostium p̄uidere ⁊ p̄cauere cupiūt cacu-  
mina montūi ascendūt ⁊ eminētia pen-  
cula a remotis p̄dicere cōsueuerūt. Itē  
montes quia quo ad naturā ⁊ cōpositio-  
nem partūi. solidi sunt ⁊ fortes. ideo po-  
tissime sunt apti castrop̄ edificationi yn-  
de mansiones in montib⁹ solent esse for-  
tes et ceteris tutiores maxime qñ ppter  
interiore duriciē nō possunt suffodi. ⁊ ppter  
sitū altitudinē adiri nō possunt fa-  
ciliter seu ascendi. Item mōtes quia in  
herbis ⁊ in pascuis fecudi sunt ⁊ vberes  
ideo conueniūt pasture ouīi et animali-  
um refectioni. Otoñosa ei pascua ⁊ gra-  
mina in montib⁹ crescentia sunt salubria  
et nutriture animaliū vtiliora q̄. illa q̄  
crescent in vallib⁹ q̄uis sint generaliter  
pinguiora. Humor enim nutrimentalis  
quo nutriūtur herbe ⁊ graminā in mon-  
tanis. subtilior ē ⁊ purior q̄ campestris.  
At ideo calor celestis facilius illam hu-  
miditatē digerit. ⁊ in substantiā gramu-  
nū ⁊ fructuū immutat pfectus ⁊ cōuer-  
tit. tum ppter humoris ipsi subtilitatez.  
tum etiā ppter existente ibidē actis pu-  
ritatē. Item in montib⁹ abūdant altio-  
res arbres q̄ in vallib⁹ ⁊ frutices ten-  
siores. Ideo mōtes cōgruūt aialū agre-  
stū habitationi ⁊ aquū siluestriū nidiſi-  
cationi. ppter quod ⁊ fere quādo psequiūt  
ur a venatoriib⁹ in valle refugūt ad mo-  
tes ⁊ ibi fiunt tute.

## Capitulum tertium

**A** De ararat  
Rarath mons est armenie altissimus in quo arca p' diluvii resquieuit. ut dicit Ili. xv. v. 103 hodie lignorum archæ vestigia in eiusdem motis vertice ad

# Liber .XIII.

buc apparent. vocat autem idem mons di-  
uerlis nominibus. De hoc enim monte dicit  
Josephus sic. Locus inquit ubi est arca  
cha noe armeni egressorum vocant. Illic  
enim arcæ solute reliquias scilicet punic  
iales adhuc ostendit. Qui enim archæot  
dicit idem Josephus ibidem meminuit vero  
sus caldeus natræ sic. Vicit autem na-  
tus que in armenia venit circa montem  
cardien. adhuc aliqua pars esse et quod  
dam inde bitumen cadere quo maxime  
venerantur homines ad expiationem. De hoc  
etiam scribit et Josephus Egyptius et  
Panasses Damasce. in. xcvi. historiarum  
li. sic. Est mons excensus in armenia qui  
baris appellatur in quo multos configi-  
tes sermo est diluuij tpe liberatos et que  
dam simul in archa deuicti in motis re-  
nissimis summitate lignorum reliquias ibi  
multo tempore esse reseruatas. Armenie  
etiam montes dicuntur acroceramene. pe-  
pter multitudinem et fulminis crebra punc-  
tionem. grece enim ceraunos fulmen dici-  
tur latine. ut dicit Isidorus. Hi montes  
inter armeniam et Iberiam incipiunt a por-  
tis caspiis usque ad fontem unde fluvius ti-  
gris oritur ut dicit Isidorus.

## Capitulum. IIII

**D**e bethel

Montes bethel sunt in iudea vici-  
ni hierusalem ubi domus domini  
fuit sub salomone edificata. Hic au-  
tem montes bethel nemorosi arboribus co-  
stati fertiles et secundi graminibus et her-  
bis aromaticis pleni. et ibi cervi capree  
et hinnuli frequentare illorum montium  
cavamina sunt assueti.

## Capitulum quintum.

**D**e caucaso

Caucasus est mons orientalis ab  
India usque ad thaurum porrectus  
per gentium iuxta illos montes  
habitantes varietate diversis nomini-  
bus nuncupatus. ut dicit Isidorus. Ubi  
autem ad orientem in excelsorem sit:  
git sublimitate propter numerum candore  
caucasus nomiatur. Nam lingua orien-  
tali caucasus. id est. candor dicitur. In-

ve et eos qui huic monti sunt vicini cro-  
achasym vocauerunt. achasym enim apud  
eos candor vel nix appellatur. ut dicit  
idem.

## Capitulum sextum.

**D**e hebal

**H**odus hebal est mons transiorda-  
nem in quo steterunt sex tribus  
post iordanis transiustum ad ma-  
ledicendum illis qui precepta decalogi  
non seguarent. ut patet Deut. xxvi. Et  
est mons et dicitur cavernosus et vorag-  
inosus patiens sepius terremotus cui  
concordat interpretatio eius. Nam re-  
tus vorago interpretatur. Fuit itaque mons  
maledictionis et imprecationis in quo  
mala transgressoribus imprecabatur.  
Reputabatur etiam mons vultatis et  
abiectionis. unde et sex tribus ignobilio-  
res. s. ancillatum filij super montem he-  
bal fuerunt ad maledicendum populo te-  
putati. Deut. xxvi.

## Capitulum. VII.

**D**e hermon

**H**ermon est mons modicus sup-  
iordanem situs. qui in herbis et  
pascuis est fecundus. Nam circa radices  
eius sine circa pedem fluentis iordanis  
irrigatione imbuitur. circa verticem ve-  
ro eius seu cacumen copioso rore perfun-  
ditur. et ideo virore erroris et aqua influ-  
entia decorat et insignis propter quod et  
ibi nutriebantur pecora. que in templo  
debuerunt imolari domino et offerri. et quae  
animalia ex rore influentia et herbis  
eisdem montis impinguata. in monte  
syon. id est. in atrio templi offerebatur.  
Ideo dicitur fons hebreos per prophetas  
et ros hermon descendit in monte syon.  
quod ad litteram fieri non potuit. quia  
mons syon monte hermon altior erat.  
Insuper et ab eo valde remotus fuit. pro-  
tanro igitur ros montis hermon dicitur  
descendisse in syon quia pinguedines et  
adipes animalium que in illo monte pa-  
scabantur ad pastus ignis altaris in hie-  
rusalem in sacrificio offerebantur. propter  
quod et hermon lumen exaltatum inter-

pretatur sicut dicit glo. sup psal. quia lu  
men in altari augebatur quando ignis  
sacrificij tali pabulo fovebatur.

## Capitulum. VIII.

**D**e hebron

Mons hebron mons est in iudea  
in quo est sita ciuitas famosissi-  
ma ab eiusdem montis nomine  
hebron dicitur. vt dicit Rabanus. Quius  
vallis dicitur vallis mambre que ab an-  
tiquo tempore ab amicis aner et eschol  
est possessa. vt patet in Gen. Hic mons  
locus est solennis ratione sanctorum pa-  
triarcharum quorum corpora ibidem quasi  
a mundi principio requiescent. vt dici-  
tur Gen. ibi adam marcus et. Item il-  
lum monte parentissimi viri iure heredi-  
tario possederunt. vt patet Josue. xv. ubi  
dicit Deleuit ex eo caleph filios enach  
sysai et achinaan et plalomai et. In hoc  
monte tanq; in loco tutiori domini princi-  
pium regni dauid instituit et ei ut il-  
lac ascenderet post mortem saul diuumi-  
tus imperauit. ubi septem annorum spa-  
cio regnans tandem ad totius regni isra-  
elitici fastigium assumptus fuit. Iste  
mons ab antiquis carriatharte fuit pri-  
mitus nuncupatus. i. ciuitas quatuor. qz  
nominatissimorum virorum quatuor corpora  
ibi requiescent. vt dicit Hiero. scilicet adam  
et abraam isaac et iacob et.

## Capitulum nonū.

**D**e montib; ethyopie

Montes ethyopie dicuntur esse. vñ  
inter quos principis mons athlas  
est. Ethyopia enim vt dicit Isido.  
libro. xiij. ca. iiij. circa occiduii montuo-  
sa est et arenosa in medio. ad orientalem  
autem plagam deserta cuius situs ab occi-  
duo ad hanc montis usq; in egypti fi-  
nes porrigit a meridie oceano. a septen-  
trione nilo flumine claudit. Huius regio-  
nis montana sicut et plana plurimas ha-  
bent getes. vultu et mostruosa specie hor-  
ribiles. feras quoq; et serpentum refecta  
sunt multitudine. Illic rinocerota le-  
stia. sc. unicornis. illic cameli et pardi illic  
basilisci et dracones ingentissimi ex quorum

cerebro gemme extrahuntur. Vacinctus quo  
et crisoprasus ibi inueniuntur et cinomo-  
mum recolliguntur. Illic gignuntur etiam ele-  
phantes. Pucusq; Iisi. dicit etiam ibidem  
q; inter cyrenem et ethyopiam est fons q; tri-  
get calore diei. et caler frigore noctis con-  
tra naturam aquarum et fontium aliorum.

## Capitulum decimum.

**D**e ethna

Etna est mons in sicilia insula  
ex quo rumpit ignis eius sulphur  
re quemadmodum in gelenna vt  
dicit Iisi. li. xiij. ca. vi. Hic mons ab illa  
parte que flat eurus vel affric habet spe-  
luncas plenas sulphuris usq; ad mare  
reducens que speluncae in se recipiunt flu-  
ctus venti creant q; agitatus ex sulphur  
re igne gignit. unde et incendiu fumosum  
ad terra ab hoc monte evipere consuevit.  
sicut ibide dicit Iisi. In hoc etiam monte se-  
pe dicuntur apparere quedam figure et audi-  
tur sepe ab ictolis terre circa montem ethne  
gemitus et voces querulose vñ a pleiis  
q; credunt q; ibi sunt loca penalia in quibus  
aie aliquae puniuntur qd tñ non aspero sed  
beatus Grego. in dialogo suo videt de b  
facere mentionem.

## Capitulum undecim mum. De monte esau.

**D**ons esau idem est qd mos seyr  
In hoc monte est ciuitas idumea  
ab eodē dicta. id est ab esau filio  
Isaac qui ciuitatem illam primus et constitutus  
est. vt dicit hiero. sup abdia. nam esau seyr  
et edom appellatur est. te hoc dicit glo. sup  
Deut. ij. Seyr inquit est mons in terra  
edom in qua habitauit esau in regione  
gabulena ubi primo habitabat horreus  
quem interfecit chydala omor Gen. xiij. et  
hic mons dicitur est ab esau piloso et hispi-  
to seyr. i. et pilosi nomen accepit. istum  
monte habitauerunt primo horrei homi-  
nes stature gigantea enoritate corpo-  
ris horribiles. vt dicit glo. sup Deut.  
ij. quibus expulsi atque deletis habita-  
uerunt ibi filii esau. vt et Deut. ij. Quid  
tes itaq; terre edom altissimi sunt. ita

# Liber XIII

q; aliquo partito nules tangere videā tur. Sunt autē montes illi cauer nos et cōcavū et spelūcis pleni. vt dicit glo. super abdiā. in quib; habitat homines in esta te q; ibi minor ē estus solis.

## Capitulum.XII.

**D**e monte esraim

**M**ontes mōs in tribu esraim in quo ioseph filius nūn recepit possessionē. vt p̄z Josue. ix. in quo edificauit ciuitatē habitauiorū in ea. inter alios vero regiōis illius mōtes. vt dicit adamancius. erat mōs iste lerbis et arborib; insignior et fructu fecundior situ sublimior et aspectu pulchrior aere salubrior riuulis fontiū mon tem irrigantū fertilior. et ideo erat loc p̄grū. vt in eo iesus q; dicit est ioseph habitaret. vt dicit idē adamā. in eodē mōte a septentrionali pte mōtis ioseph est se pulc. vt dī Josue. cxiiij. Erat etiā mōs iste vicin' lydē q; erat ciuitas refugij cū suburbanis suis in mōte esraim. vt p̄z Josue. xx. ibi sepulta sunt ossa ioseph vt dī Josue. vij. In eodē etiā mōte reposuit ioseph cultros seu macheras petrinās quib; filios israel i heremo circūcidit. vt dī adamā sup Josue. c. xx. Preterea in mōte esraim habitauit telbora. p̄pletis. sa et sedebat sub palma q; erat int lebel et rama. vt p̄z Jud. iiiij. c. Vultos enim mōtes p̄ticulares siue colles habuit mons esraim. i. tribu esraim. q; tota illi' sors plurimū fuit mōtuosa et in locis plurib; nemorosa. vt p̄z Josue. xvij. Itē in eodē mōte interfeci sunt p̄ncipes madiāoreb et deb quoq; capita ad gedeon transiordani fluvium sunt allata. vt p̄z Jud. viij. Intramatha etiā mōtis esraim nat' fuit samuel. p̄p̄leta. i. Regū. i. et ibidē conuersatus. q; ab eo in eodē loco saul in regem primus est inunctus. vt patet. i. Regū. x. In eodē etiam mōte samuel mortu' est et sepultus. i. Regū. xxv.

## Capitulum.XIII.

**D**e monte phasga

**P**hasga mons est maximus con tinens in se multos particula-

res montes. Nam in huc mōte sunt abas rim et nello qui sunt colles sup quos ascē dit moyses vt videret terminos terre pmissionis anteq; moreref et in valle eiusdem montis in campestrī moab tumulo traderetur. vt patet numeri. cxvij. et Deut. vltimo. Hic mons fuit in finib; moabitariū et amonitarū diuidens terrā eoz a terra amoreoꝝ quā postea possiede runtruben et gad et dimidia tribū manash se. vt patet Deut. viij. Radices vero isti' montis tangit mare rubrum qd est mare salissimum. sicut dicit Deut. viij. tam in textu q; in glo. Unde isti montes dūi debant terra quā inhabitabāt moabite et amonite a terra quā in possessionē re ceperant israelite. Unde vsq; ad verticē eius montis puenit moyses et ex illo loco totā terrā pmissionis fuit cōtemplatus ibiq; mortu' est. et in valle eiusdem montis ubi fuerit campestrī moab se pultus est et usq; hodie occultat. sup istū montē phasga ascendit balaā ariol' cū balaac rege moabitariū et malediceret populo israelitico cui' maledictionē minus cōuertit in benedictionē. vt dicitur Numeri. xxij. Ex quo patet q; mōs ille fuit mons diuisionis. quia terminos malorum bonorum terminis diuidebat. Item mons benedictionis. quia inde dom. n' p balaam p̄balaam benedictionē populo israelitico cōferebat. Item mons fuit spēculatiōnis et cōtemplationis. quia a inde moyses terre pmissionis terminos puidebat. De hoc monte dicit Piero. in libro de nemib; locorum. Albarim inquit est mons in quo mortu' est moyses in terra moab contra hiericho in supercilio montis phasga a qua tota regio i circuitu dicitur phasga et ostenditur ascen tentibus de lydia de meselon et idem est quod et nello ic.

## Capitulum.XIII.

**D**e monte goſor

**G**osor est mons siue collis moabitarum et est pars mōtis phasga super quē balac duxit balaā. vt malediceret israel. Numeri. xxij. ita dicit Piero. in libro supradicto.

## Capitulum quindecimū

*De monte galaad.*

**G**alaad ut dicit hieronymus mōs est ad quem iacob venit septimo die de canā quādo fugiebat laban. Est ait ut dicit idem ad tergū fenicis et arabie collib⁹ libani copulatus. et extenditur usq; ultra iordanē in terra que quondam fuit scon regis amoreorū postea vero cecidit in sorte tulen et gad et dimidie trib⁹ manasse in quo monte est ciuitas edificata et cōsimili nomine appellata a galaad filio machir filij manasse. Dic mons inter alios est nobilis. qz mons est pasture et refectionis. Est enī fertilissimus in frugib⁹ et in pascuis et in fontib⁹. Item mons est medele et curatōnis. nam in galaad inuenitur resina qua curatūt vulnera et diversi morbi sanantur. ut dicitur *Diere.* viij. Aliquid resina est in galaad et c. Item mons est feroris et reconciliationis. qz in monte galaad cōfederatus est iacob c̄ laban et ei totaliter reconciliat⁹. ut patet *Gen.* xxii. Item mons est testificationis. ut patet ibidem. Dicis enī appellatū est nomē ei⁹ galaad. i. cumulus testis. Item mons est lucis et negotiacionis. nam montana galaad negotiatores pro speciebus aromatis cōparādis sepius frequētabāt. ut patet *Gen.* xxxvij. viderunt negotiatores venire de galaad portantes aromaticā in egyptum.

## Capitulum decimū

*De monte galazim.*

**G**alazim ut dicit Hiero. est mōs iuxta hiericho cui vicin⁹ est mōs ebal ex aduerso respiciens. In his dyobi montib⁹ benedictiones et maledictiones populo intrati terrā pmissio nis pmulgabāt ut p̄ benedictos puocaret ad bonū legis amatores. Per maledictiones vero terrorēns decalogi transgressores. In galazim vero sexti trib⁹ nobiliores cū iacerdotib⁹ p̄clamabāt benedictiones. Et ideo inoleuit consuetudo ut mons ille habere in veneratōne a postris et frequētare causā sacrificij et oratio

nis. Unde inter iudeos et samaritanos fuit cōtentio de loco adorationis samaritanis proferentib⁹ montē galazim cōuenientiore esse ad orandū qz templum in hierusalem. iudeis contrariū assertibus. ut patet *Johānis.* iiiij. tam in textu qz in glosa.

## Capitulum decimū

*mō septimū De monte gelboe*

**G**elboe sunt mites. ut dicit hieronymus alienigenarū. viij. milia. Gorio a litopoli in quib⁹ est vic⁹ grādis qui gelboes nūcupatur in montib⁹. istis periret Paul cū ionatha filio suo et corrūt cora philisteis israel. ut patet. i. Regū vltimo. Contra quos indignatus dāvid propter ruinā populi ipſis male dixit et maledicēdō eos in siccitatē et sterilitatem cōmutauit. ut dicit glosa sup. ii. librū regū ca. i. Montes inquit gelboe vleres fuerūt ante maledictionēs quos hactenus maledictioni subiacere fecerunt nec ync̄ ibi pluere testant

## Capitulum decimū

*mō octauū De monte golgata.*

**G**olgata ut dicit hieronymus est mons caluarie i quo saluator noster fuit pro salute hominū crucifixus et usq; hodie ostenditur in belia ad septentrionalē plagam montis syon. Dicitur autem locus caluarie fm ḡlorum. quia ibi capita hominū damnatorum decaluantur.

## Capitulum decimū

*mō nonū De gaas.*

**G**as est collis in monte esraim in possessione iosue filii. Num yb⁹ mortuus fuit Iosue et sepultus in septentrionali parte eiusdem montis. ut patet in libro Iosue capitulō ultimo cuius sepulcrum ostenditur in monte predicto usq; ad presentem diem. ut dicit hieronymus in predicto libro de nominibus.

## Capitulum vicesimum

*De monte hephron.*

# Liber XIII

**D**omus lephron est monticulus i  
n tribu iuda contra septentrionem  
in. cc. ab heilia miliario ubi est  
villa pergrandis que effrata nuncupa-  
tur ut dicit hieronymus.

## Capitulum. XXI.

**D**entes israel dicuntur montes  
generaliter totius terre pmissio-  
nis siue fuerint ultra iordanem  
siue circa iherusalem sumuntur pro terra  
decem tribus que sunt montuosa preci-  
pue in tribu dan et effraym. Nam et de-  
cem tribus non men israel ibi vendicaue-  
tunt sub hieroboam qui sunt te effraym  
et regnauit primo in sarnaria super de-  
cem tribus ut dicit hieronymus. et pa-  
tet in historia libro. iiij. Regum. xij. Di-  
montes multum erant pascuales vbe-  
tes fructuosi frugiferi oliuis et alijs ar-  
boribus fructiferis constiti. erant etiam  
medicinales herbis et speciebus aroma-  
ticas pleni. ut dicit Isidorus libro. xiiij.  
capitulo. iiij. Samaria regio est palestine  
ab opido quondam nomen accepit qd  
quondam erat ciuitas regalis in israel. que  
nunc ab augusto sebastia nuncupatur.  
Hec regio iudee vicina est et illi simi-  
lis in natura. Nam variatum opum di-  
nes est frugibus fertilis aquis illustris  
opima baliamis. Unde fin gratiam ele-  
mentorum iudei hanc terram melle et  
lacte suentem iudicabant. Nam in eius  
montibus propter pascuarum abundan-  
tiam innumerabilium ovium et pecorum  
greges et armenta pascebatur. Apes eti-  
am innumerabiles in eisdem mellifica-  
tes herbarum et florum suavitate dulci-  
fua nutriebatur. fructus et fruges pro-  
pter aeris temperie et toris abundantia-  
am cunctissime ad maturitatem in illis mon-  
tibus ducebatur. aurum et argentum et ce-  
teria metallorum genera in illis montibus  
fodiebatur. Deus. viij. Pontes et flumi-  
na de venis montium superius progredie-  
bantur. loca munitissima in illis monti-  
bus edificabatur. fere siluestres sicut ti-  
gades et leones in illis nemorosis mon-  
tibus conserbabantur.

## Capitulum vicesi musecum. De montibus iheroboreis.

**I**n montibus iheroboreis dicuntur mon-  
tes scithie eo quod ultra eos fiat bo-  
reas. ut dicit Isid. li. xiiij. Sunt  
autem Isidoris eundem ca. iiij. terre scithie  
locupletes inhabitabiles tam plures.  
Nam dñi in plerisque locis auro et gemitis  
montes scithie affluunt. grifonum immanis-  
tate varus ibi accessus homini est. In il-  
lis montibus smaragdi optimi sunt et criso-  
stalli purissimi de scithie montibus trans-  
mittuntur. Sunt autem silue asperae ibi et ma-  
xime que immanito feris pardis tigri-  
dibus et pantheris sunt replete. Ibi eti-  
am sunt canes tante magnitudinis et ta-  
mimense feritatis ut thaurum pimant et  
leones pimant et occidant et maxime in ali-  
bania et hircania que scithie sunt regiones  
que montuose sunt et plurimum nemorose.

## Capitulum vicesi misterium. De carmelo

**C**armelus est mons iudee in qua  
est ciuitas dicta carmela. Et est  
duplex carmel. unus in superiori  
parte contra meridiem in quo nabal legie  
pauisse greges. i. Regi. xxi. alius est car-  
melus in inferiori parte terre respiciens  
mare. uterque mons fertilis est i pascuis  
fructibus et herbis.

## Capitulum vicesi mūquartum. De libano

**D**omus libani est mons phenicis  
altissimus. cui meminerit. phe-  
ne. Dicuntur est autem libanus a thure  
ut dicit Isidorus. qd ibi colligit. cuius  
pars ad orientem respiciens libanum appelsi-  
latur. ut dicit Isidorus. Libanum etiam id est  
candidatio vocat. quia perpetius nubibus  
semp in hyeme sed et estate candidatur.  
Nullo enim tempore ita nix totaliter elis-  
quescit quin in aliqua sui parte valeat  
inueniri. Est autem libanus flumus et fon-  
tium principium et origo. ex eius radice ut  
dicit Hieronymus. oruntur duo fontes  
